Propter Majus negotiu agendum in alio Officio Datur Dilatio, dummodo is cui datr, exprimat Actionem ad cujus Instantiam, pro quanta summa, et coram quo Judicio v Officio illam habet v habiturꝰ sit. In Termino vo ejusmodi dilationi ꝓfixo dt Citatus adferre literas sub Titulo

et Sigillo illius Judicij v officij ad quod pro majori caâ fuit citatus, quæ literæ s Decretum illig Judicij si n̄ est pro majori negotio latus, aut ad excusandum in aliqua Parte n̄ esse sufficiens, actiõ ratione cujus data è Dilatio, amittit. Hæc Dilatio solet dari ante et post dilationem veræ infirmitatis. Item Actori et Reo datr: cum id liceat Actori, q̃ et Reo: et quidem in omnibꝰ casibꝰ realibꝰ et Personalibꝰ, excepta actione redimendorũ Bonorũ obligatoriorũ. Observationes ejusdem st sequentes: 1ma Semel tm̃ datr Dilatio pro majori, quæ actoribꝰ in causis etiam Personalibus est concessibilis, juxta Practicos. 2da Citatus p amicum — obtinens Dilationem pro majori, interim Judicia non celebrant, ratione quorũ data è dilatio, protunc Actore id negante literis Capitanei eorundem Judiciorũ probabit, et ubi adhuc n̄ datr fides, jurare dt Citatus. 3tia Dilatio pro majori post arestum conceditur, cum nulla adhuc sit ingressio ad causam. 4ta Dilaõ hæc postqm se Citatus defendere incepit n̄ datr: quod enim semel placuit amplig displicere nequit.

Pag. 183.

De Dilatione propter absentiam Reipub: caâ.

Dilatio propter absentiam Reipublicæ causâ vg in legatione bello, ad spatium unius Anni suspenditur s concedit, si tanto tempore quis extra Regnum esset, idq̃ fieri dt p literas S. R. Mattis. Similr Milites S. R. Mattis merentes ab omnibꝰ Judicijs liberi sunt: exceptis causis Inscriptionum, exemptionis, expulsionis Bonorum, violentiæ, et Rei judicatæ.

Observationes Ejusmodi Dilationis sunt hæ: 1ma Datr utrig Parti. 2da Hic qui voluntariõ abest a Patria ut Studij, Servitij, militiæ, peregrinationis gratiâ, v necessitate imposita ut ratione exilij, vinculorum

lorum v captivationis, pt ejusmodi Dilationem obtinere, n̄ ex Scripto Juris sed ex æquitate: quasi et ille propter majorem et graviorem causam abesse a Patria videatur.

De Dilatione ad munimenta.

Actori et Reo datr dilatio ad munimenta literatoria ex Actorum libris producenda, cum illa non semp possint habere secum ad manus. Hæc documenta alia sunt Nominata quando Pars specificat illa, qualia sint et ex quibs Actis trr producenda et quod illis probare velit. Alia Innominata: id est a Parte litigante n̄ specificata. Et hæc dilatio ad munimenta Nominata continet in se expressam litis contestationem. Daturq tam ab Officio Castrensi quam et a Judicio Terrestri. Quodsi habens ejusmodi Dilationem, non munimenta Authentica sed aliud quidpiam produxerit hic suam causam amittit. In meteria vō reali Venditionis Bonorū immobilium Judex Reo n̄ satisfaciente huic dilationi, decernit Deoccupationem Eorundem Actori p Citatum faciendam una cū intromissione, ac juramento, sup damna. Hæc dilatio in Judicio Terrestri ad proximos Terminos, in Officio vō Castrensi ad p ymanas et non plus conceditur idq in omnibs Actionibs Civilibs tam realibs quam Personalibus et mixtis. Datr etiam Spoliatori a violento Expulsori ad probandū munimentis v confessionibs Actorū se n̄ spoliasse neq quengm expulisse de Bonis, sed jure possedisse. Forma ejusmodi dilationis videatur in Processu Lawaccij p modum Decreti pag. 165. lit. E. Pag. 164. Pag. 165.

Observationes Ejusdem st hæ: xma Dilatio ad mu-

rimenta simplicia ꝟ innominata ante Decretum Respon
sionis ad proximos Terminos concedit; ad munimenta
vō specificata ꝟ nominata post Decretum pt concedi
ad tmam celebrationem Terminoru. 2da In causis cādis
et sanguinis, aut expulsionis et in Executione rei
Judicate n̄ datur; similiter et in Termino Bannitio
nis, nisi sit complex facti ad banniendū, tunc illi
dat hac dilatio ut possit munimentis probare se
n̄ esse complicem, sed suo jure usum fuisse. 3tia
Pag. 166 Citato Imposessionato ad Castrum, dilatio concedit, ad
probandam Possessionem: Si autem Citatus donationē
absq. Possessione ꝟ Intromissione producat, nil est, qa
Intromissio n̄ est producta. Reliqua Observationes
videant ibidem in Processu Zawaceij Pag. 186. l. 5.

De Dilatione ad Evictorem

Evictio est Rei emptæ v ex justa causa acquisitæ p senten-
Pag. 187. tiam Judicis ademptio. Et secundum Aliquos Evincere
nihil aliud est, qm in cāa oppositionis ortæ v oriundæ
aliquem assecurare de damnis, causam et actionem
in se suscipere et defendere ab omni alicuj in Judi-
cio sive extra Judicium Impetitione. Unde Evictio dr
cautio de indemnitate vulgo Warunek; et Evictor dr
qui cavet de indemnitate, vocatur q polonice Wa-
runkarz seu Zastępca. Evictio itaq duabꝫ ex cau-
sis consurgit: 1mo ex realibꝫ ut in Emptionibꝫ et Vendi-
tionibꝫ. 2do ex Personalibus vt in Mandatis et jussis.
Sciendum quod Venditor ex naa Venditionis ad Evi-
ctionem obligat; nempe ad restituendum pretium
rei Victæ, ad solvendum interesse si sit Evictionis
Stipulatio simplex, hoc é n̄ apposito Vadio v pœna,

aut

aut damnis terrestribus: Sed si sit aliquid horū appositum, extunc tenet ad restituendum pretium rei Evictæ, et in pœnā Evictioni appositā condemnat Venditor Emptori solvendā. Et hæc cautio Evictionis vocat Stipulatio qm Venditor Emptori promittit: et hæc ideo fieri debet, si dicat aliquis hanc rem esse sibi obligatā aut habere jus aliquod ad illam, tunc quoties Emptor facit recursum ad Venditorem, toties hic illum defendere debet. Stipulatio ꝑ Evictio inde orta est ne Emptores eludant in emendo res alienas seu alijs obligatas. Hinc quatuor faciunt cessare periculū Evictionis: 1mō Si Emptor Citatus n̄ convento Evictore ipse se defenderit. 2dō Si p̄ Absentiam v̄ Contumaciam absente suo Venditore ꝑ Evictore ruerit in causa. 3tiō Si p̄ iniquitatem ꝑ injustitiam Judicis succubuerit in causa, et non appellavit. 4tum Si res Empta præscriptione pacifici dominij confirmata fuerit, tunc Evictor liber erit, si n̄ renuntiavit in Inscriptione sua Præscriptioni, Sed si renuntiavit ꝓscriptioni, Evincere debebit. Pt Emptor Venditorem suum ad Evictionem faciendam citare antequm Terminus veniat et Citatione Vindicantis rem, ut in Instanti liber evadat; qui Venditor ꝑ Evictor si n̄ comparet sit Contumax, et Contra illum facta Protestatione aget Emptor, sed interim in Termino Actori suo respondere dt, ubi si ceciderit in causa, habebit directam Actionem contra suum Evictorem comparere nolentem. Evictio in maā rei solet fieri p̄ Inscriptiones officiosas ut st Venditiones. Pag. 188. Pag 189.

in quibꝫ se unus alteri obligat ad tuendu: Evictio vó
in maá Personali ut in mandatis et jussis fit aut
p promissionem aut Fidejussionem vg Si aliquis pe-
tat amicu suu ut vim s damnu inferat alicui p
mittens se, si opus fuerit, Eundem subsecuta lite
Pag. evincere, tunc si non evincit pt illum Amicus
190. ejusmodi Citare ad Evictionem s defensionem in
tali causa: Similr fidejubens aliquis pro Reo petente
illum, si citatur pro satisfactione, pt in tali casu
citare Reu ad Evictionem. Dilatio itaq ad Evicto-
rem in 3 casibus ttm dat: 1mo in venditione Rerum
mobilium ut Equorum, Auri &c: Nam tunc cognoscens
aliquis rem suam furto ablatam apud Emptorem
pt eundem citare ratione ejusdem Rei cognitæ, qui
Emptor volens se mundare pt iteru ad Evictione
suum Venditorem citare, si autem in Venditore
s Evictore suo defecerit apud quem talem rem
emit, tenetur eandem cum multa restituere
nisi aserat se emisse in foro communi, ignora
re Venditorem, protunc juramento et duobus te-
stibus productis qui venditioni interfuerant et
Mercipotum alias lidtuꝫ biberunt, liberatur a fu
to suspecto. Quodsi vó in testibꝫ defecerit et Actor
cognitam apud illu rem suam esse furto ablatam
sibi cum duobꝫ testibꝫ probaverit, Reus rem resti-
tuere et pecuniam pro illa datam ꝑdere cogit.
Pag. 2do dat dilatio ad Evictore in venditione Bonoru
191. s reru immobiliu ut fundoru, Villarum &c. Ubi dt
se psonalr sistere Evictor, qui si onus causæ et Evi

ctionis

ctionis in rem recipiat, in Reum actio et causa ab Actore est dirigenda. 3tio Dat. dilatio ad Evictorem in Actionib. pro fidejussione ut si aliquis fideju-beret pro Reo quod solvet. pro illo debitu, tunc Fidejussor pro ejusmodi debito Citatus, pt Simili Reu ad Evictionem sui ipsius citare. Forma ejusmodi Dilationis cu altera simili ulterioris dilationis p modu Decreti videat in Processu Zawaccij pag 192. Tit. b.

Observationes Dilationis ad conveniendu Evictorem sunt sequentes: 1ma Dilatio ad Evictorem in caa Criminali n dat: Sed Citatus si illu ht, instantanee ex nunc statuere dt qui onus respondendi pro Citato si non suscipit Solus Citat. respondebit. 2da Reus habens dilationem ad munimenta, ex quib. patet Evictor illi, si Eum in instanti n statuit, tunc n concessa sibi Dilatione iterata ad Statuendu Evictore ejusmodi, soly respondebit. 3tia Postulans ad Evictorem dilationem dt hanc clausulam apponere: Salvis omnib. Juris defensis et probationib.; alioquin si n apponat ejusmodi clausula et in Evictore deficiat, cadit in causa. Reliquae observationes videant in Processu Zawaccij pag. 192. et 2. Tit. 5. cum aliis scitu necessariis. Pag. 192.

Hinc differt Evictio a Deportatione Citationum: nam Evictio ad 3 Annos et 3 menses fieri solet de jure, Deportatio vo Citationis et post praescriptiones Terrestres. quia se Possessor a Citationib. defendere nequit, nisi is Suu quem importantur. Pag. 193.

Similr alia est proprietas Juitionis s evictionis quae fit ab Impetitione Competitoris Possessionis, et impetentis Possessorem; Et alia Emundationis Honoru quae fit ab importatione Citationis Suu tertiam Personam, tam impetentis, qm conventi Possessoris, utriusq. editae. Et hic plura videant

si

de Evictione in Processu Zawaccij pag. 194. Evictio itaq; 4 modis amittit: 1mo Venditor Hereditatis n̄ tenetur de Evictione Rerum Singularium: nam Emptor Universalitate hereditatis potiri solet. 2do Si Emptor Sciens fundu esse alienu, et de Evictione sibi n̄ Cavuit, nomine Evictionis agere n̄ pt. 3tio Si Emptor Citatus dilationem ad Victorem n̄ obtinuerit; quin se suo periculo defendere cœpit. 4to Si de Inscriptione, ad quam Actor agit pro Evictione cesserit. Reliqua Scitu digna quæ hic brevitatis causa omittunt, videre licet in Processu Zawaccij pag. 195. Tit. 5.

Pag. 194.

De Dilatione ad Visionem.

Pag. 196.

Ut jurgiorum calumniarum, juramentorū ꝓcidat occa et Judex fiat Certior de qua quali quanta, et cujus loci injuria agat, dat utrig Parti dilatio hæc ad duas ymanas, interim injurias alicui illatus revidet Ministeriales et Nobiles ad referendu Judicio, quæ si n̄ concordant in proprietate fundi, Suspendit hac in parte causa, et Partes ratione regundorum finium v rnē f Venditionis experiuntur. Tandem recognita visione nulla dat Exceptio sed ad reddendum directe cogitur Citatus s potius ad respondendu; Si vero Visio non corresponderet essentialibꝫ Citationis vg quod n̄ circa ista bona, v quod n̄ ex causa ꝓtunc Actor Amittit Citationem et causam. Quod Pars in termino Visionis n̄ comparuerit talis in pena 3 Marcarū parti et Officio condemnat, et dat alia dilatio ad videndu, cui si denuo n̄ obedierit, ꝓdit causam Si vero Pars minis, violentijs, contentiosisq; ac inhonestis Verbis a Visione repellat, præsertim si violare audeat, violati Judicij Reus haberi debet, Si vō Actor

in Visione

in Visione dictas violentias coram Officio n̄ monstraverit, Reus ex sola relatione Ministerialis a causa absolvitur. Hec itaq. dilatio datur in casibus utpote pro injuria particule fundi illata, v in destructione limitum prout v jam in Ratificante damna. Citans vō Actor pro Commessione frumentorum proprij laboris, si n̄ circumscribat locū commessorum frumentorū, non datur illi neq. dt dari Dilatio ad Visionem.

Observationes ejusmodi Dilationis st sequentes. 1ma Pro damnis proprij laboris n̄ dat, sed pro damnis fundi conceditur visio. 2da Dilatio Visionis sapit contestationem litis, post quam nulle alie Dilationes concedunt, et Partis citate si dat dilatio, tunc sua Actor dt habere Ministerialem. 3tia Ad Inscriptionem Citato pro aliqua injuria Visio nec datur nec procedit: Similiter pro destructione Juxta proprio labore constructo n̄ concedit. 4ta Si Actor in campo Visionem n̄ attentat, Citatq liber evadit, quia major Actoris qm Rei contumacia. Similiter et Citatq visionem n̄ attentans putant alij quod in Causa, alij quod in lucris succumbat, alij quod luat 15 Marcarum penam, et debeat directe respondere, alij quod illata administrationi justitie, quā n̄ facta, penā tm̄, n̄ lucra decernit. Alij quod propter non attentatam Visionem Actor propior qm Citatq ad pbandum. Reliquę observationes videant in Processu Lawaccij pag. 194 Tit. 5. Pag. 194.

De Dilatione ad Scrutinium. Pag. 198.

Ne de crimine Innocentes incusent, datur dilatio ad Scrutinium & ad inquisitionem: 1mo in materia Civili occisionis Nobilis, quod scrutinū in Palatinatu fiebat p Palatinum in judicio suo colloquiali, cum Judicio illius terre, vel p Capitaneum in defectu Judicioru Palatini,

cum eodem Judicio in Terminis Terrestribus; tunc Palatinus Nobilem juratum, Capitaneus vō Capitaneus subdelegare ꝑt. 2do Datur Dilatio Citatis criminaliter in causis honorem tangentibus ad Regem, ad Comitia Regni, quod Scrutinium faciebat Judicium colloquiale, in Judicijs colloquialibus in illo districtu aut terra, ubi crimen commissum erat, ad quod Scrutinium faciendum liberum fuit tam Actori qm Citato, si Judicia colloquialia ante conventionem Regni generalem celebrata erant, adcitare adcitatione in membrana terrestri. Ubi vero post adcitationem Judicia colloquialia ante Conventionem generalem celebrata nō essent, Actor v etiā Citatꝰ citabit ad deducendum Scrutinium v audiendum ~~Scrutinia~~ testimonia. S. Regia vō Majestas in conventione debebit Scrutatorem deputare ad illam terram ubi crimen patratum erat, ad investigandam Rei v facti veritatem. Et Scrutinia in causis criminalibus illius districtus ex adcitatione peractis, per Partes in Terminis terrestribus aut Castrensibus, ubi crimen patratum est, post abductionem patrati criminis sunt expediendæ: et hoc ex eo Compars citat, ut ibi sit utraq Pars cum Scrutinijs parata, propter celeriorem expeditionem. 3tio datur hæc Dilatio in actione pro violatione libertatis communis, et pacis domesticæ, ante conventionem Rei citati ꝑ Actorem faciendam.

De Dilatione ad deliberandum.

Pag. 200. Dilatio hæc est prorogatio temporis ad secedendum partibus cum advocatis et Amicis consilij capiendi gratiâ. Observationes ejus sunt hæ: Judex deliberare nequit nisi ad unum diem v durantibus judicijs v etiam ad sequentia tantum. In Termino tenent Partes controversias una cum

citatione

citatione in scripto intra triduu tradere, alias n' suscipiatur. Poterit etiam Judex et in alijs judicijs deliberare secum consensu Partium. Una Pars dr sensi attentare, quando Judiciu aliquo pro futuris Terminis faciendum decernit, et hoc idem Judicium in eadem causa effigat, et conservet Partibg Terminum etiam pro futuris Terminis usitato modo Styli et Termini.

De Dilatione ad Quietationem.

Pag. 201

Quietatio sunt litere quibg a Creditore conijcitr sibi a debitore jam esse solutum debitum. Estq; zplex: Publica qdo Creditor coram actis publicis facit illam. Et Privata qm Nomine suo scriptam dat Creditori. Publica fit de debito in publicis actis inscripto et dr Apocha. Privata vo dr Syngrapha vulgo Chyrographum in acta n' inscriptum; conveniens em est ut eodem modo dissolvatr aliquid quo colligatu est. Hec dilatio datr ante et post contestationem litis, insup et in executione rei judicate. denicq; in puncto bannitonis; sed si n' produxerit sufficientem quietatione aut nullam, cadit in actione is, qui petijt dilationem. Observationes sunt hæ: In Tribunali nulle dantr dilationes nisi vere infirmitatis et quietationis in Termino duarum Septimanarum: quando vero ex Citatione provenit termin, liberius citatus utitur dilationibg peremptorijs.

De alijs non nullis Dilationibus.

Pag. 202.

Preter superius allatas dilationes sciendum est de alijs variis ratione variorum Judiciorum. Et quidem Succamerarij duas solum concedit dilationes, una pro majori, altera vere infirmitatis. Commissarij vo nullas dilationes emittunt presertim in limitatione Bonorum Regalium: quia brevis est juris Eorum exercendi potestas. Uni et pluribg et participibus litis concessa dilatio, alteri n' conceditur. Dantur

quoq; dilationes Extraordinariæ quarū xma est Termini Scriptio; altera Compromissum. Scriptio Termini est fori terminiq; approbatio: in termino enim jam tandem peremptorio citatus nil pt obijcere contrā Citationem, et termini prorogatio pro litis contestatione n̄ prorogatur. Hinc Prorogatio s Scriptio Termini fiat expresse nominando Actionem, super qua Termin̄ prorogatur. Procuratores tn̄ n̄ possunt scribere Terminū sine consensu Partium: qa nemo pt consentire ad transportationem Termini, nisi ille Partes, quarum interest. Compromissum est Judicium quoddam p Amicos ab utraq; Parte inscriptos celebrari solitum in quo Compromissorij Superarbiter tangm Judex causæ tenetur controversias ad Actum suum inscribere et decretum latum eū utriusq; Partib̄ subscribere, Sigillaq; imponere dt, v Acta quevis ingrossare et sic pp̄etua firmaq; fiet Actio Compromissorialis. Forma Scriptionis Termini cum exemplo videatur in Processu Zawa. cij pag. 203. Titulo. 5.

Dantur adhuc Dilationes Adulterinæ, ex quibus aliæ Solis serviunt Citatis ut sunt: xmo Munimenta ex quib̄ aſſtruet Evictor. 2do Actorem n̄ posse hīc locū standi s caū promovendi. 3tio jure suo cessit. 4to quod n̄ sit complex. 5to ad Statuendum minorennem. 6to ad principalem. 7mo Citationem in alienis bonis positam. 8vo quod non teneat reddere. 9no ad ostendendam possessionem. 10 quod non teneat ad levandam pecuniam. 11 quod Bona jure hereditario possideat. 12 quod n̄ teneat ad faciendos limites. 13. Aliæ vō Dilationes adulterinæ sunt quarū sequentes tam Actorib̄ qm Citatis competunt: xmo ad corrigendas literas cum Actis. 2do ad subscriptionem munimentorum.

Dilationes vō abrogatæ sunt sequentes: xma quando testib̄

testibꝫ imponit. Excommunicatio ad tuendū aliquē v
abductionem. 2da ad deliberandū citato in termino crimi-
nali. Similiter Dilationes plures vere infirmitatis st
abrogatæ; et Lex Annalis de dilationibꝫ ad munimenta
in certis terris, ob non celebrationem Terminorum,
quæ etiam 2da vice concedi solebat.
Datur adhuc una extraordinaria Dilatio nempe Remissio
causæ ad aliquod Judicium.



Titulus 6tus

De Litis Contestatione.

Litis Contestatio est directa objectorū agnitio v negatio
Pag. 205. Hoc est: Si agnoscit rem, jure id se fecisse defendit; si
negat, aut literatorie aut juramento probare debet. Et
dicitur a contestando, quia Citatus procedendo in caā, agnos-
cere Judicem videt, et in re ipsa testari de principali
negotio, seq velle experiri demonstrat. Et quamvis sunt
certi casus videlicet capitis, vulnerū, invasionis Domesti-
cæ, violationis fœminæ, expulsionis violentæ ex præce-
stenti obductione, tamen ultra hos aliosq Articulos privi-
legiatos, Citatus semper tenus est ad negandū objecta
negante vō Citato Actor dt probare, alioquin succumbet
Citatus si detulerit Juramentū, suscipi dt, alioquin Re
liberabitur a causa. Actor tn Citato Juramentū defe-
re nequit, hujusmodi dilationis præoccupatio n reciproca
Jam vō post litis Contestationem sic procedendum: aut
enim actori satisfactio offerenda est, ut pœna v va-
dium evitetur: aut justum factum deducendum: aut
neganda probatio: aut Evasio affectanda: aut peremptoria
exceptione utendum: Quodsi leves exceptiones adferan-
tur, et tergiversationibg laborare vellet Citatus, pro
tunc ad petitionem Actoris causa decernatur.

Titulus 1mus.

De Probationibus.

Probatio est rei dubiæ faciens fidem Ratio. Hinc usitate et præcipuæ Probationes sunt sequentes: 1ma, Authentica documenta ex Actis deprompta. 2da Ministerialis cum Nobilibus: et Probatio Nobilium valet uti Ministerialis. 3tia Argumenta Dialectica; Suppeditant enim rationes quibus v Intentionem Suam quis faciat v adversam refutet. 4ta Scrutinia in Criminalibus causis in quibus testes inducunt ubi utraq. Pars se citat ad deducendum Scrutinium: Pars enim utraq. dt in Judicijs proximis Terrestribus v Castrensibus post facta notitiam, Scrutiniu deducere. 5ta in recenti facto reprehensio. 6ta Conjecturæ in Causis dubijs. 7ma Statuta et Constitutiones Causis servientes in Statu jurisdictionali. 8va. juramentum in defectu aliarum probationum præstitum.

Pag. 204.

Titulus 8vus.

De Appellationibus.

Appellatio est motio ab inferioris Judicis sententia ad Superiorem. Vel: Appellatio est Jurisdictionis inferioris Judicis, p legitimam invocationem superioris hic in eodem judicio factam suspensio.

De Juramentis.

Pag. 205

Causæ in quibꝫ Juramenta Actoribꝫ serviunt, sunt sequentes: 1mo Evocans aliquem contra ipsius Privilegium, jurabit se nesciviſſe citatum Privilegio munitum eſſe, et sic evadet solutionem Unius sexagenæ. Herb. fol. 14. 2do Super damnis in progreſsu bellico illatis, Actor solꝫ propior convincere si vult. Herb. fol. 198. 3tio pro injuſte extorto Theoneo, Actor, si vult, super damna sibi illata jurabit. Vel Exactori Plebejo expurgationem deferet. Herburtꝫ fol. 445. 4to Violata fœmina contra suum violatorem. Herb. fol. 292. 5to Pro vulneribus Actori incumbit probatio idꝫ solꝫ pro mutilatione autem membrorum cum duobꝫ teſtibꝫ. Herb. folio. 304. 6to Tribus vicibꝫ de Calumnia Citatus purgat se; quarta vó vice si convincit, nares illi scidi debent, honoreꝫ privatur. Herb. fol. 30. 7mo Pro invaſione Domus convictꝫ Reus p Actorem met septimum, et convictꝫ capite plectit. Herb. fol. 124. 8vo Extinguens candelam licet n vulnerans, qdo pro vulnere sibi ibidem illato citatur, per Actorem

rem convincitur. 9no Reo evadere et Actore probare volentibus Actor ad probationem admittit; ubi vō unus illorū evadere, alter probare intendit Reus propior ad evadendum: exceptis causis in quibus probatio Actorē sequitur. Herb. fol. 5. xmo Actori suo damno illato mediante juramento incumbit probatio. Herb. fol. 200. 11mo Successores pro vulneribus Patris v fratris mortui ad probandum sunt propiores. 12mo Actor citans ad Inscriptionem, qua cautum est quod citatus libere semp debuit dimittere aquam ad molendinu Actoris, suo damnis terrestribus, propior est ad probandū cum sex testib: quod sibi sit aqua adempta a molendino, et damnum patitur juxta æstimationem in citatione positam. 13tio Si inscriptio in Actis fuerit maculata, jurabit is cū duob testib, qui inscriptio facta est, quod scilicet Summam contentam, nec ipse nec Antecessor ejus recepit neq. eandem Inscriptionem fecerit cassare, v in Actis delere. 14to Deposita res vg Aurū argentū ad servandū alicui concredita: si p incurabilitatem Depositarij pereat tunc: prestito p Actorē juramento Depositarij solvere tandem rem tenet. Plura ex Parte Actoris juramentum exigentia videant in Processu Zawadrcij pagina. 208 et 209. Pag. 209.

Causæ in quib Juramenta Citatis serviunt, et sequentes: xmo Si inscriptioni objicit quod in fraudem facta sit tunc si pretua fuerit, Inscribens met septimj; si vō temporalis, met tertius jurabit, n' in fraudem factam esse. Herb. fol. 116. 2do Impar genere pro vituperio citatus p Nobilem, proprio juramento evadit. Herb. fol. 164. 3tio Vir bonæ famæ de aliquo crimine vg de furto aut Spolio inculpatj, se expurgare tenet, Pag. 210.

acsi nobilitatem suam probaret. 4to Nobilis Mercator si merces extra Regnum evexerit, et non preventus per Theloncatorem, id negaverit, metertio jurabit. Si vō Plebejus Mercator fuerit, p Theloncatorem convincitur. Herb. 5to Vladarig s famulg contra Dominum met septimg se expurgat. Herb. folio. 291. 6to Dominus pro excessu Servi citatg metertius jurabit de non data fugiendi occasione, et ad crimen n' consentiendi: secus si apud ipsum arestatus fuerit. Herb. fol. 242. 7mo Pastor de ove perdita Citatus, juramento evadit, se illam cu cæteris ad villam appulisse. Herb. fol. 172. 8vo de Canis morsu aliquis citatus, quasi ex ipsius incitatione id acciderit, ad expurgandum admittitur. Herb. fol. 34. Reliquæ causæ videanty in Processu Zawaccij pagina. 210 et 211.

Titulus 9nus

De Appellationibus.

Pag. 212.

Appellatio est motio ab inferioris Judicis sententia ad Superiorem. Vel Appellatio est Jurisdictionis inferioris Judicis p legitimam invocationem Superioris hic in eodem Judicio factam, Suspensio. Appellatio et motio differunt: nam appellatio fit simplici verbo Appello, qm Judex necesse é ut suscipiat et Appellans eam prosequi dt absentia Judicis n obstante. Motio autem est Judicis redargutio, ad qm requirit, ut eam Judex suscipiat, Terminusq illi p Ministeriale assignatur, ut psonalr in superiori Judicio spareat, ubi si Sententia p Inferiorem Judicem lata approbat, tunc Movens ejusmodi inferiori Judici penam hoc trium marcarum psolvere dt. Et hanc motionem si Judex inferior n admittit, Pars gravata protestatur de n admissa motione et gravamine contra Judicem quod in ijsdem Actis inscribitur, concitatq. Actor partem et Judicem motum ad p.sequendam motionem. Forma ejusmodi motionis videatur in Processu Zawaccij pag. 212. Titulo. 9.

Observationes Motionis et Appellationis.

Remedia contra n admissam motionem hdc sti. 1mum Interpositionem motionis annotare Actis. 2dum illico protestari de gravamine et contra Judicem Appellationem v motionem non admittentem, debetq ejusmodi Protestatio Actis inscribi. 3tium adcitari dt Pars Actorea et Judex motus ad prosequendam motionem

Pag. 213.

nis ad prosequenda appellationem contra Judicem et partem adherentem videatj in Processu Zawaccij inter formulas Citationum ad Tribunal, paginâ 104. Titulo 2. Insuper videantur formæ terminationis variorum Decretorum et Processuum causarum, cum suis informationibj qualiter pro diversitate materiarum diversa Decreta in Judicio scribenda sunt et terminanda, aliter enim scribitj Decretum condemnationis v astitionis, aliter motionis v dilationis, quæ omnia cum suis formis inveniuntj in Processu Zawaccij pag. 215, 216, 217, et 218 ad finem Tituli 9 item pagina 219. et 220.

Titulus Xomus.

De Præscriptionibus.

Pag. 221.

Præscriptio est rei ad sē aliquo jure pertinentis neglectio. Præscriptio et fatalia differunt: nam p Præscriptionem intelligitur temp agendi de aliqua injuria v causa pretermissum et in Statuto Regni circumscriptum. Fatalia vō juridice intelligunt, si quis citans v intentans Actionem alicui, illam nēc prosequit nec continuat in jure intra Annū et 6 Septimanas. hinc elapsa pscriptione s tempore agendi de Bonis a jure pscripto taciturnitas agendi juridice interdicit: elapsis vero Anno et 6 septimanis post intentatam Actionem Fatalijs ejusmodi Actio amittitur, Processusq Juris necdū continuatq annihilatur.

Observationes Præscriptionis in Causis.

Præscriptiones tempore pacis et concordiæ et nō tempore discordiarum locum habent. Herb. fol. 184. Captivis p Thartaros nō currit præscriptio. Herb. ibidē. Cives aut Mercatores debita in Regestris scripta repetant intra triennū, alias pscribunt et Reū in proprio foro conveniant. Herb. fol. 156. Remethonem pfugam Doming intra Annū nō repetens pscribit, nisi juraverit se de eo nescivisse. Herb. fol. 142. Mulier Maritata ratione dotis v alicujus Hereditatis, intra decennū tempore pacis nō agens, illam perpetuo p præscriptione amittit. Herb. fol. 184. Viduа dotem v ppinquitatē intra Sexennū nō repetens, pscribit. Herb. ibidē.

Virgo post desponsationem intra triennium et trimestre contra Tutorem pro Hereditate v pecunia ñ agens, ꝯscribit. Herb. fol. 291. Moniales a Professione Religionis suæ ad 20 annos bona quælibet repetere possunt, aliae ꝯscribunt. Herb. fol. 161. Mulier de violentia sibi illata intra triduum si ñ conqueratr, violator evadit, et ipsa pœnas Calumniæ luit. Herb. fol. 292. Præscriptio recentis criminis currit ad Annu et 6. Septimanas. Herb. fol. 188. Fratres et Consanguinei utriusq Sexus ex divisionem Bonorum ꝑ Amicos factam Possidentes, si intra triennium malam et injustam ꝫ inæqualem divisionem ad Judiciu Tractu ñ deferant, illâ ꝑpetuo quisq pro sua sorte gaudere debet. Herb. fol. 20. Minorennes ñ ꝯscribunt donec ad Annos discretionis ꝓveniant. Herb. fol. 159.

Pag. 222. In una Parochia v districtu consistentes intra Annu pro furto v latrocinio agant: nam elapso Anno si quis agere vellet, Accusato expurgatio incumbit ꝑ testes. Pro equis vó v jumentis intra biennium agendu est, nam post biennium sine Testibq ñ é conveniendus Reus. Herb. fol. 188. Emptor hereditatis triennio et trimestri contra propinquos et Creditores ꝯscribit. Herb. fol. 188. Fidejussiones Verbales ꝑ Annu et Sex Septimanas valent, niſ sint ad acta recognitæ. Herb. fol. 31. Præscriptio agendi pro capite triennio terminatur. Herb Const. 88. fol. 31. Præscriptio vulnerum triennalis solet esse. ibidem. Seps duobq Annis præscribit in vicini fundo posita, domino fundi tacente. Herb. fol. 241. Inscriptiones Castrenses in Actis

non

non ꝑpetuis facta vim Anni robur habent. Herb. fol. 344. Actor intra Annum post obtentam Condemnationem v post lapsum termini nõ adcitans cãa cadit, præsertim si jura nõ sileant. Herb. fol. 4. Bona dotis nõe obligata v ex decreto Judicij tradita aut in vim Reemptionis inscripta, semꝑ reemptioni subjacent præscriptione etiã longissimi temporis interveniente. Const. Anõ 1588. fol. 30. Præscriptio sub interregno nõ currit. Const. 156. fol. 120. Bonorũ Obligatorum nõ Redemptio triginta Annorũ ht ꝓscriptionẽ nisi protestationibꝫ ratione nõ Redemptionis Bonorum singulis Annis, repetitis interrumpat, quæ Protestationes si ꝑ annos 15 intermittant, ꝓscriptio terminat. Herb. fol. 189. De literis sub Bona Regalia amissis, intra Annum Protestationem nõ faciens Anno elapso nõ obtinebit illarum renovationem. Herb. fol. 150. Contracty Venditionis etiam pretio integre nõ numerato, trium Annorũ totidemq; mensiũ silentio firmatur. Herb. fol. 184. Pupillis quorũ Bona Tutores alienarunt ꝓscriptio nõ nocet. Herb. fol. 222. Contra Tutores pro facienda rõe intra triennium et trimestre nõ agens ꝑpetuo agere nõ ꝑt. ~~Herb. fol.~~ Perluera obtenta nõ continuans elapsis tribꝫ Annis et 3 mensibꝫ desertant. Depositũ nullam ht ꝓscriptionem. Reliquæ Observationes Præscriptionis videant in Processu Zawaccij pag. 222 et 223. ad finem tituli xomi.

Titulus xmus.

De Pœnis.

Pag. 224. Pœnæ pecuniariæ consistunt in solutione grossorum, Scotorum, et sertonum. Hinc grossus tribꝰ solidis Scotꝰ duobus grossis, et Serto duodecim assibꝰ constant.

De Pœnis Grossorum, Scotorum, et Sertorum.

Semina aliena jumentis v pecoribꝰ depascens, a quolibet grossum unum solvere debet. Herb. fol. 148. Propagines v plantas minutas in Gaio alterius excidens quatuor Scotos solvit, idem de quercubꝰ aquaticis intelligendum. Herb. fol. 220. In Sylva alienâ ligna incidens, xmo securi, xdo Pallio, 3tio bobus v equis pignoratꝰ sine pœna Herb. ibidem. Subjudicis Sententiam injuste redarguens, 3 Sertones antegm audiatur solvat. Herb. fol. 241. In alienâ Sylva pro una quercu excisa 6 Scoti, et pro tribꝰ quercubꝰ tres Sertones cum pœna trium Marcarum Parti et judicio totidem solvi debent p Excidentem. Herb. fol. 220. Arborem fructiferam excidens grossos 12, cum pœna 3 Marcarum solvat. Herb. fol. 220 et 10. Arbores pretiosas vg Taxum v ubi sunt pauca Sylvæ incidens, capitur, et ad fideiussionem assignatꝰ. Herb. fol. 241.

De Pœnis Marcarum x. 3. 4. 6. 10. 14.

Arbore cum apibꝰ excindens Marcam unam Parti, et Judi

et Judicio totidem solvit. Herb. fol. 9. Arborem ad apes valentem mediam Marcam Parti et Judicio totidem. Herb. ibidem. Damnum inferens Jumentis indomitis convicta refundit damnum cum pena unius Marcæ. Herb. fol. 136. Qui n' transfert Inscriptionem suam Castrensem ad Acta Terrestria intra Annum, pena 3 Marcarum Parti et Judicio totidem punitur: quæ quindecim vocat. Herb. f. 116. Servos illiberos et fugitivos detinens, neq illos in proxima Curia Regali denuntians pena 3 Marcarum luit. Herb. 243. Cum Strepitu ad locum Judicij veniens, v illud inhonorans pena trium Marcarum puniat. Herb. f. 129. Coram Archiepiscopo turpia verba proferens pena 3 Marcarum Subjacet. Herb. f. 105. Frumentorum Nocturni fures si deprehendunt equos et omnia secum habita ꝑdunt, et in renitentia impune occidi possunt, qui si defensorem vulneraverint v interfecerint, ꝑ Solvant Dominus vero illorum in pena 3 Marcarum Regi condemnetur. Herb. f. 101. Jemethones in Civitatibus n' aresent, sub pena 3 Marcarum Parti et Judicio totidem ꝑ capitaneum loci exigenda. Herb. f. 11. Proprium rem auferens violenter, cum pena 3 Marcarum Parti et Judicio totidem illam restituit. Herb. f. 292. Canem v feram aetam violenter accipiens 3 Marcas pro pena, et alias 3 illi, cui accepit, solvat. Herb. f. 92. Non sunt venandi lepores a festo S. Adalberti usq ad collectionem frugum sub pena 3 Marcarum. Herb. fol. 148. Citatus verbali citatione aliàs tactus, si recedit a jure de condemnari in luero pro quo tactus s citatus ē: Sed si ꝑ pena tactus fuerit, et pro illa

Pag. 226.

Pag. 226.

n̄ satisfaciendo recedit, et tunc 3 Marcas luit Judi-
cio et Parti totidem, pro quibꝫ statim dꝫ condemnā-
rī in fluero. Herb. fol. 46. Jumentum indomitum
occidens, 4. Marcas: lædens vó in dorsum, marcā unam
Pag. cum alia dimidia solvere tenetꝫ. Herb. f. 136. Argu-
224. ens sententiam succamerarij injuste, pœnam 6.
Marcarum; Camerarij vó pœnam 6 Scotorū, ante
qm ad aliquā audientiā admittatꝫ, solvat. Herb. 148.
Frumentum demessu in die accipiens ex fundo alie-
no, pœnā 6 Marcarū Judicio et damnū passo tri-
um Marcarum pro una cassula cujuscunq; grani
persolvat. Herb. fol. 101. Profugi ab omnibꝫ Præfectis
restituantꝫ sub pœna. 6. Marcarū: Similiter Plan-
tas insertas et radicatas nemo evellere dꝫ etiamsi
sint ejus propriæ, sed medietatem illarū relin-
quere dꝫ in solo, sub pœna 6 Marcarum. Herb. 10.
et 138. Si moneta Regia braccata in Civitate ali-
qua pro quibuscunq; rebꝫ v pro hospitiō reciperē-
tꝫ, pro primis tribus excessibꝫ 10 Marcas, et pro
quatuor excessibꝫ 30 Marcas solvat Transgressor
ad fiscū Regiū. Herb. fol. 162. Catullos vulpiū
nemo ex nidis tollere audeat, apud quem vó re-
periuntur, pœna. 10. Marcarū puniatꝫ, illosq; in
Sylvas libere dimittat. Herb. f. Incendens Sylvam
alicui si fuerit femetho, et nī ē solvendo suffi-
ciens, vitam saltim 10 Marcis redimat. Herb.
fol. 113. Pœna 14 Marcarū in ꝫ casibꝫ Cameræ
Regiæ applicat: tmo cum accusatꝫ pro Incendio,

se legi

se legitime n' expurgat. 2do Si aliquis in expurga
tione ratione Spolij v violationis Stratæ publi-
cæ Accusatj deficiat. 3tio Si qs coram Judicio gladiu
vibrare præsumat. 4to Condemnatj et Jussj v satis-
facere v fidejussoriâ cautione dare, si disce-
dit n' ꝑstitâ cautione, 14 Marcas Solvere dt Regi.
Herb. fol. 114. Nemo ad emendos Equos v Vinum
in Hungariam eat, quod Capitanei et Teloneatores
animadvertant Sub pœna, 14. Marcarum Consti-
tutio Anni 1598. fol. 100. Mechanici transgresso-
res Ordinationem Palatini, pœna 14. Marcarum
a Consulibꝰ civitatis Sues puniantur, Palatino ap-
plicanda. Herb. fol. 146. Castellanj in Expeditione
bellica damna inferentes puniat, alias ipse da- Pag.
mnum resarciet et pœnam Regiam 14 marcarum 228.
Solvet. Herb. f. 36. Judex, Subjudex, Notarij Judi-
cijs interesse tenentj Sub pœna 14 Marcarum, ex-
cepta vera infirmitate v negotio Reipublicæ.
Herb. fol. 126. Judex pro damnis ex officio n'
citetur Sub pœna duplici 14 Marcarum nisi
ad prosequendam appellationem. Const. Ani 1588.
fol. 54. Theloneator inique Telonea extorquens in
quocunq Judicio convictꝰ, cum pœna 14 Marcarum
Parti et Judicio trium restituere dt. Herb. fol. 224.
In Progressu bellico damnum Spirituali inferens
pœna 14 Marcarum punitꝰ resarcireq damna et res

tenet facta probatione p juramentu Solig Actoris Herb. fol. 17. Extrahens gladiu coram Archiepiscopo, sive vulnerat sive non, pena 14 Marcarum punitg. Herb. fol. 105. Quicunq. in Conventibus rixas faciens gladiu evaginaverit pena 20 Marcarum puniatur: Si vulneraverit penâ Statuti antea promulgati: Si occiderit penâ Capitis puniatg. Herb fol. 51. Senatores ad Conventus particulares n venientes v se juste in ijsde n excusantes, protunc Episcopi 40, Palatini et Majores Castellani 20, minores Castellani 10 Marcis fisco Regio applicandis mulctentg. Herb. 52 Nobilis kemethonem occidens 30 Marcas solvit quarū medietas Dno Occisi, alia pueris cedit: Sed kmetho kmethonem occidens capite plectitg. Const. Anni. 1581. fol. 213. Nobilis Nobilem asserens esse filiu Meretricis pena 60 Marcarū punitur, et revocando dt dicere: mentitus tus Sum Sicut canis. Herb. fol. 164. Ad locum Judicij Tribunalis accedens cū bombarda v Armis prohibitis praeter miecz, leord, Szabla et szpada, pena 60 Marcarū in instanti punitur. Const. Regis Stephani Anni 1576. Provocans Nobilis Nobilem ad duellu pena 60 Marcarū luit citatg ad Judiciu Terrestre et in turri Mediu Anni Sedere dt. Sigismundg 3tig Anni 1588. —

Pag. 229

Pag. 230.

Exe

Executione rei judicatæ Capitaneg facere tenet sub pœna 100 Marcarū. Herb. fol. 180. De Judæis Justitiam Palatini v Domini administrent sub pœna 200 Marcarum. Reliquæ pœnæ majorū v minorū Marcarū videant in Processu Cracoviensi pag. 230, 231, 232. Titulo. 11.

De Pœnis Damnorum, Confiscationis et Peculatûs.

Pag. 232.

Pœna damni solutionis s solvendi est, dum aliquis Convictus de damnis patratis illa interveniente Judicio resarcire tenetur loco pœnæ subeundæ qm pmeruit: vg si quis signus antè tempg præfixū distrahat, ita ut damnū Oppignorans patiatur, tunc ejusmodi damnū Solvere pro pœna debet. Herb. fol. 105. Similiter et de alijs pœnis damnorū solvendorū intelligendū vg Vicini invocati ad prosequendū furem, si noluerint prosequi ad solutionem furti condemnant. Herb. f. 103.

Pœna Confiscationis Bonorum est dū ob crimen aliquod legibg prohibitū et patratum, Bona Patratoris ad fiscum convertuntur, id est communibg Bonis Regalibg per Sententiam Judicis competentis adjunguntur: vg Quicunq Judicia violaverit pœna capitis puniat: quodsi fugerit, Bona ejus confiscari debent, in vim pœnæ subeundæ: Herb. fol. 114. Plebeji in Episcopos, Prælatos et Canonicos non sunt promovendi, sub pœna exilij,

et Confiscationis Bonorum et Consanguineorum, qui contravenire vellet. Herb. fol. 183.

Pœna Peculatûs est pœna Capitis et famæ, et refusionis damnorum Reipublicæ ex privatis facultatibus & Bonis illius qui ita excedit contra leges, ut ejusmodi pœnam Peculatûs incurrat vg tempore Interregni aliquid de Thesauro Regni surripiens fraudis & infamiæ et peculatûs Reus est. Herb. f. 248.

Pag. 233. Alienigenæ dignitates n consequant sub Pœna Confiscationis Bonorum et infamiæ. Herb. fol. 14. Juri non parens et de Regno fugiens, qui damna Regno intulit, Bona ipsig immobilia (: præter illorum dotalitium) confiscanda sunt, et si captg fuerit vita ejus in gratia Regis consistit. Herb. f. 81. Plura harum Pœnarum exempla videant in Processu Zawadzcij pag. 232 et 233. Titulo. xx.

De Pœna Privationis Officij.

Capitaneus temporarig Ordinationem Palatini non exequens, Officio in vim pœnæ privatur. Herb. f. 146. Notarius Ordinem Actionum confundens, et Ministeralis formam juramenti testibus aliter, qm mandatum est dicens, de Officijs suis loco alicujus pœnæ subeundæ deponunt. Herb. fol. 128. et 158. Quartam Partem Proventus Tenutarius Bonorum Regalium quilibet reddat sub amissione tenutæ. Const. 1569. fol. 105. Thesaurarig Regni rationem ex Quarta in Comitijs faciat sub pœna privationis Officij

ficij sui. Const. 1562. fol. 13. Judices Castrenses in primis Terminis coram Capitaneis ꝫ Vicecapitaneis jurent sub pœna privationis Officij. Herb. fol. 126. Plura ejusmodi pœnæ exempla videant in Processu Zawaccij pag. 233 et 234. Titulo. 11.

De Pœna infamiæ, capitis, et corporis proscriptionis.

Pag. 234.

Pœnam Infamiæ incurrit qui incompatibilia duo tenet et monitꝰ nõ dimittit. Herb. f. 49. Jer de furto v spolio convictus fit infamis. Herb. f. 103. Cortisani et Romanistæ ad sedes suas redeant et ad Sacerdotia sua. Sub pœna infamiæ et proscriptionis perpetuæ. Herb. f. 69. Invasor Domus per actorem testibus sex convictus pœnam capitis incurrit videlicet capite plectitur. Herb. f. 124. Minutas res in Curia Regis accipiens v subtrahens auricula punitur, quæ ipsi debet abscindi. Herb. f. 103. Presbyterum occidens et fugiens proscribi et excommunicari dt, quodsi capi poterit, loci Ordinario tradendus est. Herb. fol. 252. Rapiens Virginẽ v fœmina præter ipsius voluntatem, illamq. violans pro Convicto habetur et honore privatꝰ: quodsi Virgo v fœmina recognoscat se cum suo Consensu raptam fuisse, protunc Raptor Absolvatur, Mulier vò privatione omniu bonoru dotaliu et hæreditarioru multetetur. Herb. fol. 221. Violator pacis publicæ collo privatꝰ. Herb. fol. 124. Reliqua harum pœnarum exem-

pla videant in Processu Zawaccij pag. 234. et 235

De Pœna turris et talionis.

Pag 236. 5. Pœna turris est dum aliquis propter Crimen cogitu per Judicium sedere in Carcere ad luendas ibid pœnas tempore a Jure præfixo. vg Plebejus in Judicio quocung Commissoriali verbis Commissarios inhonorans, sessione dimidij Anni in turri puniri dt p Capitaneu loci illig, sub pœna in Statuto descripta, contra Capitaneos Officia sua exequi negligentes. Ex Civili criminalem causam faciens et post curiam v ad comitia evocans pœna turris et 100 Marcarum, et Solutione damnorum punitur: Stephanus Rex Anno 1589. Nobilitatem sibi usurpans si est Impossessionatg, convictus in Judicio Castrensi v Tribunalis, pœnam Turris in fundo Anni dimidij subire dt. Sigismundus 3tius Anno 1589. Provocans ad duellu medius Anni in Turri sedere dt et 60 Marcas solvere, Forum Judicium Terrestre assignatur. Idem. Christianus Judæo ne serviat sub pœna turris: Judæg vo Servum Christianu habens pœna 100 Marcarum puniatur. Constitutio. 1565. fol. 53.

Pœna Talionis est dum Actor in probatione deficit contra Reum, tunc Actor luit pœnam, qm Reus incurrere debuerat, si convinceret p Actorem. Vg Qui Actu p Advocatu et Scabinos falsificata esse

esse asserit, et ñ probat, pœnam talionis incurrit. Decretus Sigismundi augusti 1546. Reliqua exempla ejusmodi pœnarũ videant in Processu Zawaccij pag. 235 et 236. Tit. 11.

De Crimine læsæ Majestatis et ꝑduellionis.

Crimen læsæ Majestatis punitur famæ vitæ, Bonorum privatione, et Successorum gradu Nobilitatis abjudicatione. Herb. fol. 106. Dans pecuniam suũ Capitaneatum Sandomirienſem, crimen læsæ Majestatis incurrit. Herb. fol. 25. Consiliarios, Terrarum Nuntios in Conventibꝰ degentes v proficiſcentes ubicunq; locorũ invadere v violare Audens, tanqm de Crimine læsæ Majestatis judicatur. Idem censendũ de his, qui Judicia v publica Officia Exercentes, *Personas violare præſumunt. Herb. folio 141. Sed jam Crimen læsæ Majestatis solũ in Personã Regiam machinatione, conſpiratione, violento conatu, et ipso facto in Vitam, committit. Plura ad notandum hic, in fine istiꝰ Tituli in ipso Processu Zawaccij ñ reperiunt, nec de ipso Perduellione aliquid extat, niſi in 2 Titulo seguenti nempe duodecimo ubi Perduellio describit, quod sit Conſpiratio cũ hoſtibꝰ Patriæ, Arcanorum revelatio, Arcis proditio Rebellio ipso facto conſummata, et cujuscunq; facinoris etiã tempore ipſiꝰ Interregni contra Rempublicam commiſsio, eſtq; crimen graviſsimum, quia publicum.

Titulus 12mus.

De Judicijs, et tempore Judiciorū.

Pag 237

